



**Antoninus Diana Panormitanus, Clericus Regularis, Doctor
Celeberrimus, Coram S. D. N. Alexandro VII. Episcoporum
Examinator, & Sancti Officij Regni Siciliae Consultor,
Coordinatus, Seu Omnes ...**

Diana, Antonino

Lugduni, M. DC. LXXX.

98. An concursus alicujus beneficij vitietur ex eo, quod cum
examinatoribus Synodalibus adhibeantur alij examinatores non
Synodales? Ex p. 3. tr. 5. & Misc. 1. res. 65.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76359](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-76359)

RESOL. XCVIII.

An concursus alicuius beneficii vitietur ex eo, quod cum Examinatoribus Synodalibus adhibeantur alij Examinatores non Synodales? Ex p. 3. tr. 5. & Misc. 1. Ref. 65.

§. 1. Negatiue respondet Homobonus de exam. Eccl. p. 1. tra. 2. cap. 5. quest. 30. vbi sic. asserit. Si tres Examinatores Synodales ad sint, & alij duo non synodales ad maiorem & abundantiorum cautelam adhibeantur, actus propterea vitari non videtur, presertim cum is actus nature vel forme non repugnet, sed potius ad illius augmentum tendat, nec Concilium id vt superfluum prohibeat, neque vlla taxatiua dictione vtatur. Et ita etiam docet Naldus in summa, ver. examinatores, num. 3. qui adducit pro hac sententia quamdam Rotæ decisionem.

2. Sed contrariam sententiam tenendam esse puto, & ita docet Massobrius in praxi habendi concursus, requis. 13. dub. 1. n. 2. & Gasias de beneficiis tom. 2. part. 9. cap. 2. n. 83. 324. & 341. vbi adducunt declarationes Sacre Congregationis, ac Rotæ decisiones, per quas determinatum fuit collationes factas, habito concursu cum tribus Examinatoribus Synodalibus, vnâ cum alijs notis ab Archiepiscopo Toletano, absque eo, quod à Synodo approbati sint inualidas esse, easque ad Sedem Apostolicam deuolutas esse. Ad argumentum vero contrariæ sententiæ, respondet Massobrius vbi supra, quem omnino vide.

RESOL. XCIX

An quando examinandi ob timorem Examinatorum turbarentur: si vere sint idonei, licitum sit eos pramonere de punctis, de quibus erunt interrogandi?

Et an hoc locum habeat tantum in examine Episcoporum, v. g. coram Pontifice, & in examine Confessariorum coram Episcopo, & in examine nostrorum Scholasticorum coram Pæposito, & alijs Patribus, secus autem in examine ad aliquod beneficium, quod fieret per oppositionem, & concursum? Ex p. 5. tr. 14. & Misc. 2. Ref. 89.

§. 1. Ad hoc dubium affirmatiue respondet Laurentius de Peyrinis in priuile. Mim. 10. 3. cap. 2. in const. Sixti IV. num. 25. vbi sic ait: Sciant Examinatores peccate se omnino mortaliter, si examinandos pramonent de punctis, de quibus in examine eos interrogabunt, fraudulenter enim exercent officium sibi commissum. Verum si alijs examinandi essent euidenter idonei, & ob timorem, vel aliam naturalem verecundiam, aspectu Examinatorum turbarentur, non putarem mortaliter peccare, qui de huiusmodi punctis pramonerent. Ita ille.

2. Sed hæc opinio ita absolute prolata mihi non placet, & ideo illam libenter admitto in examine, v. g. Episcoporum coram Pontifice; in examine Confessariorum coram Episcopo; in examine nostrorum Scholasticorum coram Pæposito, & alijs Patribus, &c. Secus autem dicendum est in examine ad aliquod beneficium, quod fieret per oppositionem, & concursum, nam in tali casu examinandos pramonitus super puncta responderet melius, quam alij, ergo pramonitio illa vergeret

Hh 2 in

illa remittitur; sed cum Concilium Tridentinum loquatur cum præsupposito, quod examinatores synodales existant, ergo cessante hoc præsupposito, cessare debet eius dispositio.

2. His tamen non obstantibus, negatiuam sententiam docent nouissime Antonius Massobrius in praxi habendi concursus requis. 12. num. 6. à num. 4. usque ad num. 10. & Doctus Melchior Lotterius de beneficiis, tom. 1. lib. 2. quest. 31. num. 71. & supra, vbi notat affirmatiuam sententiam, & decisionem Rotæ procedere, quando concurreret casus mortis, vel absentiaë duputationem in Synodo infra annum à die celebrationis eiusdem Synodi, vt fuit de cetero per Sacram Cardinalium Congregationem, in vna Panormitana Archiepiscopiteratus, 5. Iulij 1620. coram Illustrissimo Buratto: nam quemadmodum hoc casu, nihil possit imputari Episcopo, qui neque ex forma Decreti Concilij Tridentini, neque ex forma antiquorum Canonum, tenetur intra annum vltra quam semel cogere Synodum; ita si annus iam esset elapsus, omnino imputari ei debet, cur non adimplet formam Concilij Tridentini, cum succedente vacatione, illud possit indicare Synodum; & in prima eius sessione deputare Examinatores Synodales, atque ita Decreti formam adhibere. Sic Lotterius; vnde patet responsio ad argumentum Riccij, Homoboni, & aliorum vbi supra. Et ita etiam hanc sententiam docet Gasias de benef. tom. 2. part. 9. c. 2. num. 92. vbi sic asserit. Magis conformis Concilio videtur sententia Sacre Congregationis, nam elapso anno, defectus Examinatorum contingit culpa ipsius Episcopi non facientis Synodum, in qua illi deputentur, vt disponit Tridentinum, & sic defectus iste culpa sua, & negligentia contingens, non excusat eum ab obseruatione forme, & sic cessat ratio Rotæ. Ita Gasias, & aduersus Riccium hanc etiam sententiam tenet Venerus in exam. Episc. lib. 4. cap. 25. num. 12. asserens beneficium sic collatum, posse ab alio impetrari, quia prouiso deuoluitur ad Sedem Apostolicam ex expresso Decreto Concilij Tridentini. vbi supra. & Bulla Pij V. in Bullatio 12. irritante prouisiones factas sine Examinatoribus synodalibus; & ego hanc sententiam probabiliorē esse existimo: quando vero infra annum Synodi Examinatores mortui fuerint, tunc Episcopus alios eligat iuxta formam Decreti Clem. VIII. quam asserunt Massobrius vbi supra dub. 3. num. 2. & Gasias n. 73.

3. Notandum est tamen hic obiter, quod de decreto Sacre Congregationis à Cosimo Cardinali de Torres subscripta, sic asserit. An existentibus in Synodo Doctores, Clerici non Doctores possint eligi in Examinatores Synodales? Sacra Congregatio Cardinalium Concil. Trident. respondit necessario Examinatores eligi debere, qui sunt Magistri, seu Doctores, aut Licentiat in Theologia, aut iure Canonico, si extant; alioquin alios Clericos esse eligendos, qui ad id videbuntur magis idonei.

4. Nota etiam, quod si quotannis Synodus non fiat, Examinatores semel deputati munus suum debent exercere, donec noua Synodus habeatur, vt refert de cetero Franciscus Leo in thesau. fori Eccl. part. 2. cap. 1. n. 25. si anno autem elapso, aliqui ex eis mortui fuerint, officium omnium expirat; & ita de cetero refert Galotti in Margarit. cas. consilien. ver. Examinatores. n. 1. vide etiam Venerum in exam. Episcop. lib. 4. c. 25. n. 8. & 10. & Barbolam de potest. Episcop. per. 3. allegat. 70. n. 48. & 49.

ANNE
omnia
O. ILLIV
E. III

Sup. cõento
in hac Ref.
in tom. 8. tr.
3. Refol. 5.
Notandum
est, per totū.

Sup. hoc
examine
Episcoporum
mutata sen-
tentia cõtra
riam lege in
Ref. not. præ-
terita, & in
eodem §.